

Munus quod assolet, dedi Quirino ad te; quod grata sume manu, et me tuum in rebus quas possum agnosce. Significauit michi Quirinus te recepisse quod circiter Natalem Brickmano ad te dedi, id quod admodum etiam mihi gratum est.

55 Londini vigesimo octauo die octobris.

Tuus Iohannes, Lincolnensis episcopus.

Eruditissimo viro et amico meo quam charissimo, d. Erasmo Roterodamo, Friburgi.

22112228. FROM THOMAS MORE.

Leipzig MS.  
EE. 113.

*<Chelsea. >*  
28 October 1529.

[An original letter, autograph throughout. The year-date can be supplied from the evident allusion to More's appointment as Chancellor.]

S. P. Diu meditans et suspirans oculum, ecce deimprouiso negotiis et plurimiis et maximis iniectus sum. Ea cuiusmodi sint, e Quirino tuo intelliges. Sunt ex hiis qui mihi sunt amici, qui vehementer exultant ac mihi valde gratulantur. Tu qui res 5 humanas soles prudenter et sollerter expendere, fortunae meae fortasse misereberis. Ego me rebus accommodo, et Principis optimi erga me tam immenso fauore gratiaque delector; sedulo curaturus ut eximiae illius de me conceptae spei, quum ingenio ceterisque dotibus longe sim impar, diligentia quo ad potero, fide 10 certe ac voluntate omni ex parte respondeam.

Cetera omnia audies e Quirino, quem accurate omnibus de rebus edocui. Tibi vero, mi dulcissime Erasme, omnia feliciter succedere tanto plus opto quam ipsi mihi, quanto id rei Christiane multo magis interesse video. Vale, charissime Erasme, plusquam anime 15 mee dimidium, ex rusculo nostro xxviii Octobris.

Toto pectore plus quam tuus  
Thomas Morus.

Viro optimo atque eruditissimo D. Erasmo Roterodamo. Friburgi.

2229. TO JOHN ERASMIUS FROBEN.

Epistolae Floridae p. 124.

Freiburg.

K. p. 131: N. p. 1048: Lond. xxvi. 51:

2 November 1529.

LB. 1079.

[The year-date is corroborated by the connexion with Epp. 2231, 2236; and is confirmed by the presence in Erasmus' household of Haio Cammyngha (l. 20), who in Jan. 1530 went off to Italy.]

ERAS. ROTER. IOAN. ERASMIO FROBENIO S.

EPISTOLIVM ad te meum, quod hic per obliuionem, vt opinor, reliqueras, tibi remitto. Dixeras enim hoc inter tibi charissima

2227. 51. Munus] 15 angels: see Ep. 2072. 4-6.

as Chancellor.

53. Brickmano] See Ep. 258. 14n.

3. Quirino] See Ep. 2222. 25n.

2228. 2. negotiis] On 25 Oct. More had been appointed to succeed Wolsey

2229. 1. Epistolium] Not extant: perhaps of the same character as Epp. 405, 1034.